

illum dimidium mansum quem olim pro remedio anime Reinfridi de Ammera nostri consanguinei eidem conventui contulimus.“

Datum et scriptum in die b. Servatii a. d. 1270.

Wolf Eichsfeld. Urkundenbuch S. 20. nr. XVIII.

1270 Juli 12.

204.

*Wicelo von Mila vereignet dem Brückenloster drei Hufen zu Bollstedt.*

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit ego Wicelo miles dictus de Mela salutem in domino sempiternam. Quia fragilis est hominum memoria et rerum turbe non sufficit, idecirco ea que aguntur poni solent in linguis hominum et scripti testimonio perhennari. Hinc est quod ad omnium noticiam cupio accedere tenore presencium fideliter protestando, me bona de voluntate ac deliberacione matura tres mansos sitos in Bolkstete contulisse in ponte Molehusensi dominabus cum plena warandia proprietatis titulo libere ac perpetue possidendos. In quam collacionem uxor mea cum omnibus eciam meis heredibus consenciens suo iuri in hiis bonis sequenti die beati Kiliani hiis presentibus abrenunciavit: videlicet Theoderico de Heroldeshusen milite, Hermannno de Bisscofferode, Hartungo Ubilherne, Conrado Mor, Hartungo advocato de Mela, Bertholdo Scunkin. Quibus bonis ego Wicelo miles de Mela dictus coram plebicio in Tungesbrucken feria sexta post Kiliani rite eciam abrenuncians eorum warandiam hiis presentibus prestiti et prestabo, scilicet Hermannno scultheto de Salza qui plebicio tunc temporis presidebat, Theoderico precone de Atinhelingen, domino abbate de Riphenstein, Henrico monacho eiusdem claustridicto de Isenberch, Henrico milite dicto Girinlant, Ditmaro monetario de Tungisbruckin, Sifrido de Bilstede, Kristiano qui dicitur Scorebrant, Conrado qui dicitur Hopfe et aliis quampluribus fide dignis. Acta sunt hec presentibus fratribus meis Hermannno et Kunemundo militibus de Mela quorum sigilla hiis litteris cum sigillo meo ad robur validius sunt appensa. Datum anno domini mill. CCLXX° IIII. Idus Julii, indictione X,<sup>1</sup> epacta XXVI et concurrente II°.

Or. im M. A., anh. ein defectes Sgl., zwei andere abgefallen. Die Schrift des Originals ist an mehreren Stellen fast gänzlich verlöscht und sind die Ergänzungen nach dem Copialbuch des Brückenlosters wiederhergestellt.

1270 Juli 12.

205.

*Abt Ludwig von Reinhardtsbrunn bekennt, dass Kunemund, Sohn des Wicelo von Mila, auf die von seinem Vater an das Brückenloster verkaufte drei Hufen zu Bollstedt Verzicht leistet.*

Nos Ludewicus dei gracia abbas monasterii in Reinherisburn notum esse volumus universis litteras has visuris, quod Cune-

1) Unrichtig statt „XIII.“